UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 30. Executores testamentorum ab ordinario conventi, an recurrere possint ad suos conservatores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

QVÆSTIO XXX.

Executores teſtamentorum ab ordinario conventi, an recurrere poſſint ad ſuos conſervatores.

SUMMARIUM.

1. *Executores teſtamentorum qui pleniſſime ſunt exempti, non poſſunt coram ordinario conveniri.*
2. *Teſtamentorum executores quorum exemptio derogat cap. volentes de privileg. in 6. non poſſunt conveniri coram ordinario.*

EXaminavi hanc quæſtiunculam alio in loco, *de Iuriſdict. ordin. in exemptos lib. 4*
1 *quæſt.* 49. diſtinxique inter regulares exemptos & alios non regulares exemptos, hos dixi, quia pleniſſima gaudent exemptione, non poſſe conveniri, illos vero poſſe, quod limito & declaro, niſi & hi pleniſſima gaudeant exemptione cum de-
2 rogatione *cap. volentes de privileg. in 6.* utpute quod nequidem contemplatione contractus delicti vel loci coram ordinario poſſint conveniri, & quidem cum mica hac ſalis temporandam hanc quæſtionem cenſet Emanuel Roderic. *Regul. quæſt. tom.* 3. *quæſt.* 70. *art.* 3. auctoritate nixus Richaldi, *in* 4. *diſt.* 45. & *Sylveſtri verb. teſtamentum* 2. *num.* 2. & 4.

QVÆSTIO XXXI.

An conſervatores poſſint procedere adverſus eos, qui confugientes ad Eccleſias extrahunt.

SUMMARIUM.

1. *Extrahentes ab Eccleſiis ſunt excommunicati.*
2. *Immunitas non violatur per inveſtigationem delinquentis.*

1 REſpondi poſſe *lib.* 4. *de Iuriſdict. ord. in exemptos quæſt.* 65. incurrunt enim excommunicationem à qua non poſſunt niſi à Pontifice vel conſervatore abſolvi, *Emanuel Roderic. d. tom.* 2. *quæſt.* 50. *art.* 2. *verſ.* 4. & *ultimo.* ac alias pœnas quas in d. quæſtione expoſui *num. fin.*

Non tamen incurrerent, ſi effringerent immunitatem inveſtigandi gratia, an in